This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

6632-5

Royal Society of London

L Soc 1816.15.5

HARVARD COLLEGE LIBRARY

VE RI TAS

BOUGHT WITH THE GIFT OF

Harrison D. Horblit '33

6632-5

Royal Society of London

CHARTA PRIMA,

Praeſidi, Concilio, et Sodalibus REGALIS SOCIETATIS Londini, a Rege CAROLO SECUNDO conceſſa, *A. D.* MDCLXII.

CAROLVS SECVNDUS Dei gratia Angliae Scotiae Franciae et Hiberniae Rex, fidei Defenſor, etc, omnibus, ad quos praeſentes Literae pervenerint, ſalutem.

DIV multumque apud nos ſtatuimus, ut imperii fines, ſic etiam artes atque ſcientias ipſas promovere. Favemus itaque omnibus diſciplinis; particulari autem gratia indulgemus philoſophicis ſtudiis; praeſertim iis, quae ſolidis experimentis conantur aut novam extundere philoſophiam, aut expolire veterem. VT igitur inclareſcant apud noſtros hujuſmodi ſtudia, quae nuſquam terrarum adhuc ſatis emicuerunt; utque

nos tandem univerſus literarum orbis non ſolum fidei defenſorem, ſed etiam veritatis omnimodae et cultorem ubique et patronum ſemper agnoſcat.

Sciatis, quod nos de gratia noſtra ſpeciali ac ex certa ſcientia et mero motu noſtris ordinavimus conſtituimus conceſſimus et declaravimus, ac per praeſentes pro nobis heredibus et ſucceſſoribus noſtris ordinamus conſtituimus concedimus et declaramus, quod de caetero in perpetuum erit Societas de Incorporation, and Corporate Name. Praeſidente [1] Concilio et Sodalibus conſiſtens, quae vocabitur et nuncupabitur *Regalis Societas.* Et eandem Societatem, per nomen *Praeſidis Concilii et Sodalium Regalis Societatis*, unum corpus corporatum et politicum in re facto et nomine realiter et ad plenum, pro nobis heredibus et ſucceſſoribus noſtris, facimus ordinamus creamus et conſtituimus per praeſentes, et quod per idem nomen habeant ſucceſſionem perpetuam; Et quod ipſi et eorum ſucceſſores (quorum ſtudia applicanda ſunt ad rerum naturalium artiumque utilium ſcientias experimentorum fide ulterius promovendas) per idem nomen *Praeſidis Concilii et Sodalium Regalis Societatis* praedictae, ſint et erunt Capacity to purchaſe; perpetuis futuris temporibus perſonae habiles et in lege capaces ad habendum perquirendum percipiendum et poſſidendum terras et tenementa prata paſcua paſturas libertates privilegia franchesias juriſdictiones et hereditamenta quaecunque ſibi et ſucceſſoribus ſuis in feodo et perpetuitate, vel pro termino vitae vitarum vel annorum, ſeu aliter quocunque modo, ac etiam bona et catalla ac omnes alias res cujuſcunque fuerint and to grant; generis naturae ſpecie qualitatis; Necnon ad dandum concedendum dimittendum et aſſignandum eadem terras tenementa et hereditamenta bona et catalla, et omnia facta et res neceſſarias

[1] *Sic in* Authentic.

faciendum

faciendum et exequendum de et concernentia eiſdem [1], per nomen praedictum; Et quod per nomen *Praeſidis Concilii et Sodalium Regalis Societatis* praedictum, placitare et implacitari, reſpondere et reſponderi, defendere et defendi, de caetero in perpetuum valeant et poſſint, in quibuſcunque curiis placeis et locis, et coram quibuſcunque Iudicibus et Iuſticariis et aliis perſonis et officiariis noſtris heredum et ſucceſſorum noſtrorum, in omnibus et ſingulis actionibus placitisſectis querelis cauſis materiis rebus et demandis quibuſcunque, cujuſcunque ſint aut erunt generis naturae vel ſpeciei; eiſdem modo et forma, prout aliqui ligei noſtri intra hoc regnum noſtrum Angliae, perſonae habiles et in lege capaces, aut ut aliquod corpus corporatum vel politicum intra hoc regnum noſtrum Angliae, habere perquirere recipere poſſidere dare et concedere, placitare et implacitari, reſpondere et reſponderi, defendere vel defendi, valeant et poſſint, valeat et poſſit; Et quod iidem Praeſes Concilium et Sodales Regalis Societatis praedictae et ſucceſſores ſui habeant in perpetuum commune Sigillum, pro cauſis et negotiis ſuis et ſucceſſorum ſuorum quibuſcunque agendis deſerviturum; et quod bene liceat et licebit eiſdem Praeſidi Concilio et Sodalibus Regalis Societatis praedictae, et ſucceſſoribus ſuis pro tempore exiſtentibus, Sigillum illud de tempore in tempus frangere mutare et de novo facere, prout iis melius fore videbitur expediri.

To ſue, and be ſued;

To have a Common Seal,

Alterable at Pleaſure.

Et, quod intentio noſtra regia meliorem ſortiatur effectum, ac pro bono regimine et gubernatione praedictae Regalis Societatis de tempore in tempus, VOLUMUS, ac per praeſentes pro nobis heredibus et ſucceſſoribus noſtris concedimus iiſdem Praeſidi Concilio et Sodalibus Societatis Regalis praedictae et

[1] *Sic in* Authentic.

The Council to conſiſt of 21, (of whom, the Preſident to be always one).

ſucceſſoribus ſuis, quod de caetero in perpetuum Concilium praedictum erit et conſiſtet ex viginti et una perſonis (quarum Praeſidem ſemper unum eſſe volumus); Et quod omnes et ſingulae aliae perſonae, quae intra unum menſem proximum ſequentem poſt datum praeſentium per Praeſidem et Concilium, et in omni tempore ſequenti per Praeſidem Concilium et Sodales, in eandem Societatem accipientur et admittentur ut Membra Regalis Societatis praedictae, et in Regiſtro per ipſos conſervando annotatae fuerint, erunt vocabuntur et nuncupabuntur *Sodales Regalis Societatis* praedictae: quos, quanto eminentiùs omnis generis doctrinae bonarumque literarum ſtudio clareſcant, quanto ardentiùs hujuſce Societatis honorem ſtudia et emolumentum promoveri cupiant, quanto vitae integritate morumque probitate ac pietate emineant, et fidelitate, animique erga nos coronam et dignitatem noſtram ſincero affectu polleant; eo magis idoneos et dignos, qui in Sodalium ejuſdem Societatis numerum adſciſcantur, omnino cenſeri volumus.

The Fellows to be choſen, in the firſt Month, by the Preſident and Council; after that Month, by the Preſident, Council, and Fellows.

Et, pro meliori executione voluntatis et conceſſionis noſtrae in hac parte, ASSIGNAVIMVS nominavimus conſtituimus et fecimus, ac per praeſentes pro nobis heredibus et ſucceſſoribus noſtris aſſignamus nominamus conſtituimus et facimus, praedilectum et fidelem nobis Willielmum Vicecomitem *Brouncker*, Cancellarium praechariſſimae conſorti noſtrae Reginae Catherinae, fore et eſſe primum et modernum Praeſidem Regalis Societatis praedictae; volentes quod praedictus Willielmus Vicecomes *Brouneker* in officio Praeſidis Regalis Societatis praedictae à datu praeſentium uſque ad feſtum Sancti Andreae proximum ſequens poſt datum praeſentium continuabit, et quouſque unus alius de Concilio Regalis Societatis praedictae pro tempore exiſtente ad officium illud debito modo electus praefectus

William, Viſcount Brouncker, to be the firſt Preſident;

To hold till St. Andrew's Day next, (if he ſhall ſo long live), and till another out of the Council be choſen and ſworn.

praefectus et juratus fuerit, juxta ordinationem et proviſionem in his praeſentibus inferiùs expreſſam et declaratam (ſi praedictus Willielmus Vicecomes Brouncker tam diu vixerit); ſacramento corporali in omnibus et per omnia officium illud tangentia bene et fideliter exequendum, ſecundùm veram intentionem harum praeſentium, coram praedilecto et perquàm fideli conſanguineo et conſiliario noſtro Edwardo Comite *Clarendon*, Cancellario noſtro Angliae, priùs praeſtito: cui quidem Edwardo Comiti *Clarendon*, Cancellario noſtro praedicto, ſacramentum praedictum adminiſtrare plenam poteſtatem et authoritatem damus et concedimus, in haec verba ſequentia, viz. But firſt to be ſworn in, before the Lord Chancellor.

I WILLIAM VISCOUNT BROUNCKER *doe promiſe to deale faithfullie and honeſtlie, in all things belonging to the truſt committed to mee as Preſident of this Royall Societie, during my employment in that capacitie: So help me God!* The Preſident's Oath. ASSIGNAVIMUS etiam conſtituimus et fecimus, ac per praeſentes pro nobis heredibus et ſucceſſoribus noſtris facimus, dilectos nobis et fideles Robertum *Moray* Militem unum à ſecretioribus noſtris conciliis in regno noſtro Scotiae, Robertum *Boyle* Armigerum, Willielmum *Brereton* Armigerum filium primogenitum Baronis de *Brereton*, Kenelm. *Digby* Militem praechariſſimae matri noſtrae Mariae Reginae Cancellarium, Paulum *Neile* Militem unum Generoſorum camerae privatae noſtrae, Henricum *Slingeſby* Armigerum alium Generoſorum praedictae privatae camerae noſtrae, Willielmum *Petty* Militem, Iohannem *Wallis* in theologia Doctorem, Timotheum *Clarke* in medicinis Doctorem et unum Medicorum noſtrorum, Iohannem *Wilkins* in theologia Doctorem, Georgium *Ent* in medicinis Doctorem, Willielmum *Aerſkine* unum a poculis noſtris, Ionathan. *Goddard* in medicinis Doctorem et Profeſſorem The firſt Council named.

feſſorem Collegii de *Greſham*, Chriſtopherum *Wren* in medicinis Doctorem *Saville* aſtronomiae Profeſſorem in academia noſtra Oxonienſi, Willielmum *Balle* Armigerum, Matthaeum *Wren* Armigerum, Iohannem *Evelyn* Armigerum, Thomam *Henſhaw* Armigerum, *Dudley Palmer* de *Greys Inn* in comitatu noſtro Middleſexiae Armigerum, et *Henricum Oldenburg* Armigerum, una cum Praeſide praedicto, fore et eſſe primos et modernos viginti et unum de Concilio Regalis Societatis praedictae; continuandos in eiſdem officiis à datu praeſentium uſque ad praedictum feſtum Sancti Andreae Apoſtoli proximum ſequens, et deinde, quouſque aliae idoneae perſonae et habiles et ſufficientes in officia praedicta electae praefectae et juratae fuerint (ſi tam diu vixerint, aut pro aliqua juſta et rationabili cauſa non amotae[1] fuerint); ſacramentis corporalibus coram Praeſide praedictae Regalis Societatis, ad officia ſua bene et fideliter in omnibus et per omnia officia illa tangentia exequendum, prius praeſtandis, ſecundum formam et effectum praedicti ſacramenti, mutatis mutandis, Praeſidi Regalis Societatis praedictae per Cancellarium noſtrum Angliae adminiſtrandi; (cui quidem Praeſidi pro tempore exiſtenti ſacramenta praedicta adminiſtrare plenam poteſtatem et authoritatem pro nobis heredibus et ſucceſſoribus noſtris damus et concedimus per praeſentes); Et quod eaedem perſonae ſic, ut praefertur, ad Concilium praedictae Regalis Societatis electae praefectae et juratae, et in poſterum eligendae praeficiendae et jurandae de tempore in tempus, erunt et exiſtent auxiliantes conſulentes et aſſiſtentes in omnibus materiis rebus et negotiis meliorem regulationem gubernationem et directionem praedictae Regalis Societatis, et cujuſlibet Membri ejuſdem, tangentibus ſeu concernentibus.

To continue as above, unleſs amoved for juſt Cauſe.

But firſt to take, before the Preſident, the like oath as this, mutatis mutandis.

[1] *Sic in* Authent.

ET

Et ulterius volumus, ac per praeſentes pro nobis heredibus et ſucceſſoribus noſtris concedimus praefatis Praeſidi Concilio et Sodalibus Regalis Societatis praedictae et ſucceſſoribus ſuis, quod Praeſes Concilium et Sodales Regalis Societatis praedictae pro tempore exiſtentes (quorum Praeſidem pro tempore exiſtentem unum eſſe volumus) de tempore in tempus perpetuis futuris temporibus poteſtatem et authoritatem habeant et habebunt nominandi et eligendi, et quod eligere et nominare poſſint et valeant, quolibet anno in praedicto feſto Sancti Andreae, unum de Concilio praedictae Regalis Societatis pro tempore exiſtente, qui ſit et erit Praeſes Regalis Societatis praedictae uſque ad feſtum Sancti Andreae Apoſtoli exinde proximum ſequens (ſi tam diu vixerit, aut interim pro aliqua juſta et rationabili cauſa non amotus fuerit) et exinde, quouſque unus alius in officium Praeſidis Regalis Societatis praedictae electus praefectus et nominatus fuerit; quodque ille, poſtquam ſic, ut praefertur, electus et nominatus fuerit in officium Praeſidis Regalis Societatis praedictae, antequam ad officium illud admittatur, ſacramentum corporale coram Concilio ejuſdem Regalis Societatis, aut aliquibus ſeptem vel pluribus eorum, ad officium illud recte bene et fideliter in omnibus officium illud tangentibus exequendum praeſtabit, ſecundum formam et effectum praedicti ſacramenti, mutatis mutandis; (cui quidem Concilio, aut aliquibus ſeptem vel pluribus eorum, ſacramentum praedictum adminiſtrare pro nobis heredibus et ſucceſſoribus noſtris plenam poteſtatem et authoritatem de tempore in tempus, quotieſcunque neceſſarium fuerit, damus et concedimus per praeſentes); et quod poſt hujuſmodi ſacramentum ſic, ut praefertur, praeſtitum, officium Praeſidis

The Preſident, Council, and Fellows, (of whom the Preſident to be one), to elect, annually, on St. Andrew's Day, one out of the Council to be Preſident; who is to hold, if not dead nor amoved, till the next St. Andrew's Day, and till another ſhall be choſen; having firſt taken the Oath, before the Council or 7 or more of them.

On the Death, or Amotion of a Preſident, the Council and Fellows, or any ſeven or more of them, are to elect another, out of the Council: who is to hold, during the reſidue of the year, (being firſt ſworn), and until another be choſen and ſworn.

Praeſidis Regalis Societatis praedictae uſque ad feſtum Sancti Andreae Apoſtoli exinde proximum ſequens exequi valeat et poſſit: Et ſi contigerit Praeſidem Regalis Societatis praedictae pro tempore exiſtentem, aliquo tempore quamdiu fuerit in officio Praeſidis ejuſdem Regalis Societatis, obire vel ab officio ſuo amoveri, quod tunc et toties bene liceat et licebit Concilio et Sodalibus praedictae Regalis Societatis, vel aliquibus ſeptem vel pluribus eorum (quorum Praeſidem [1] Concilii praedicti ad talem electionem ſemper unum eſſe volumus) alium de praedicto numero Concilii praedicti in Praeſidem Regalis Societatis praedictae eligere et praeficere; et quod ille ſic electus et praefectus officium illud habeat et exerceat durante reſiduo ejuſdem anni, et quouſque alius ad officium illud debito modo electus et juratus fuerit, ſacramento corporali in forma ultimè ſpecificata priùs praeſtando; et ſic toties quoties caſus ſic acciderit.

If any of the Council die, or be amoved, or quit, (and power of amotion is here given to the Preſident and Council or Major part of them, whereof the Preſident to be one); the Preſident, Council, and Fellows, or the Major part of them (the Preſident to be one), may ſupply the vacancy out of the Fellows: and the elected ſhall hold, (being firſt ſworn), till the next St. Andrew's Day, and till another Election.

Et vlterivs volumus quod quandocunque contigerit aliquem vel aliquos de Concilio Regalis Societatis praedictae pro tempore exiſtente mori, vel ab officio illo amoveri, vel decedere, (quos quidem de Concilio Regalis Societatis praedictae et eorum quemlibet pro male ſe gerendo aut aliqua alia rationabili cauſa amobiles eſſe volumus ad beneplacitum Praeſidis et caeterorum de Concilio praedicto ſuperviventium et in officio illo remanentium, vel majoris partis eorundem, quorum Praeſidem pro tempore exiſtentem unum eſſe volumus,) quod tunc et toties bene liceat et licebit praefatis Praeſidi Concilio et Sodalibus Regalis Societatis praedictae, vel majori parti eorundem (quorum Praeſidem Regalis Societatis praedictae pro tempore

[1] *Sic in* Authent.

exiſtentem

exiſtentem unum eſſe volumus) unum alium vel plures alios de Sodalibus Regalis Societatis praedictae, loco ſive locis ipſius vel ipſorum ſic mortuorum decedentium vel amotorum, ad ſupplendum praedictum numerum viginti et unius perſonarum de Concilio Regalis Societatis praedictae nominare eligere et praeficere; et quod ille ſive illi ſic in officio illo electi et praefecti [1] idem officium habeat et habeant uſque ad feſtum Sancti Andreae Apoſtoli tunc proximum ſequens, et exinde, quouſque unus alius vel plures alii electus praefectus et nominatus fuerit, electi praefecti et nominati fuerint; ſacramento corporali ad officium illud in omnibus et per omnia officium illud tangentia coram Praeſide et Concilio Regalis Societatis praedictae, vel aliquibus ſeptem vel pluribus eorum pro tempore exiſtentibus, bene et fideliter exequendum, ſecundùm veram intentionem praeſentium, priùs praeſtando.

On every St. Andrew's day, ten (and no more) of the Council are to be changed.

ET VLTERIVS volumus, ac per praeſentes pro nobis heredibus et ſucceſſoribus noſtris concedimus praefatis Praeſidi Concilio et Sodalibus praedictae Regalis Societatis et ſucceſſoribus ſuis, quod ipſi et ſucceſſores ſui quolibet anno, in praedicto feſto Sancti Andreae Apoſtoli, plenam poteſtatem et authoritatem habeant et habebunt eligendi nominandi praeficiendi et mutandi decem de Sodalibus Regalis Societatis praedictae, ad ſupplendum loca et officia decem praedicti numeri viginti et unius de Concilio Regalis Societatis praedictae; quoniam regiam voluntatem noſtram eſſe declaramus, et per praeſentes pro nobis heredibus et ſucceſſoribus noſtris concedimus, quod decem de Concilio praedicto, et non amplius, per Praeſidem Concilium et Sodales Regalis Societatis praedictae annuatim mutati et amoti fuerint.

[1] *Sic in* Authent.

VOLV-

Volumus etiam, et pro nobis heredibus et ſucceſſoribus noſtris concedimus praefatis Praeſidi Concilio et Sodalibus praedictæ Regalis Societatis et ſucceſſoribus ſuis, quod ſi contigerit Praeſidem ejuſdem Regalis Societatis pro tempore exiſtentem aegritudine vel infirmitate detineri, vel in ſervitio noſtro heredum vel ſucceſſorum noſtrorum verſari, vel aliter eſſe occupatum, ita quod neceſſariis negotiis ejuſdem Regalis Societatis officium Praeſidis tangentibus attendere non poterit; quod tunc et toties bene liceat et licebit eidem Praeſidi ſic detento verſato vel occupato *unum* de Concilio praedictae Regalis Societatis pro tempore exiſtente, fore et eſſe *Deputatum* ejuſdem Praeſidis, nominare et appunctuare; qui quidem Deputatus, in officio Deputati Praeſidis praedicti ſic faciendus et conſtituendus, ſit et erit Deputatus ejuſdem Praeſidis de tempore in tempus, toties quoties praedictus Praeſes ſic abeſſe contigerit, durante toto tempore, quo praedictus Praeſes in officio Praeſidis continuaverit; niſi interim praedictus Praeſes Regalis Societatis praedictae pro tempore exiſtens unum alium de praedicto Concilio ejus Deputatum fecerit et conſtituerit; et quod quilibet hujuſmodi Deputatus praedicti Praeſidis ſic, ut praefertur, fiendus [a] et conſtituendus, omnia et ſingula, quae ad officium Praeſidis praedictae Regalis Societatis pertinent ſeu pertinere debent, vel, per praedictum Praeſidem virtute harum Literarum noſtrarum patentium limitata et appunctuata fore [b] facienda et exequenda de tempore in tempus, toties quoties praedictus Praeſes ſic abeſſe contigerit, durante tali tempore, quo Deputatus praedicti Praeſidis continuaverit, facere et exequi valeat et poſſit, vigore harum Literarum noſtrarum patentium,

The Preſident may appoint *one* out of the Council to be his Deputy:

Who may act as ſuch during his Abſence; unleſs he appoints ſome other out of the Council to be ſo.

Such Deputy may, in the Preſident's Abſence, do all Acts that he himſelf could do if preſent:

[a] *Sic in* Authent.

[b] *Sic in* Authent.

adeo

adeo plene libere et integre, ac in tam amplis modo et forma, prout Praeſes praedictus, ſi praeſens eſſet, illa facere et exequi valeret et poſſet; ſacramento corporali ſuper ſancta Dei Evangelia, in forma et effectu ultime ſpecificatis per hujuſmodi Deputatum ad omnia et ſingula, quae ad officium Praeſidis pertinent, bene et fideliter exequendum, coram praefato Concilio praedictae Regalis Societatis, vel aliquibus ſeptem vel pluribus eorum, prius praeſtando; et ſic toties quoties caſus ſic acciderit: cui quidem Concilio, vel aliquibus ſeptem vel pluribus eorum pro tempore exiſtentibus, ſacramentum praedictum adminiſtrare poteſtatem et authoritatem, quoties caſus ſic acciderit, damus et concedimus per praeſentes, abſque aliquo brevi commiſſione ſive ulteriori warranto in ea parte a nobis heredibus vel ſucceſſoribus noſtris procurando ſeu obtinendo.

But he muſt firſt be ſworn before the Council, or ſeven, or more of them.

Et ulterius volumus, ac per praeſentes pro nobis heredibus et ſucceſſoribus noſtris concedimus praefatis Praeſidi Concilio et Sodalibus Regalis Societatis praedictae et ſucceſſoribus ſuis, quod ipſi et ſucceſſores ſui de caetero in perpetuum habeant et habebunt unum Theſaurarium, duos Secretarios, unum Clericum, et duos Servientes ad clavas qui de tempore in tempus ſuper Praeſidem attendant; quodque praedicti Theſaurarius Secretarii Clericus et Servientes ad clavas eligendi et nominandi, antequam ad officia ſua ſeparalia et reſpectiva exequendum admittantur, ſacramenta ſua corporalia in forma et effectu ultime ſpecificatis, coram Praeſide et Concilio ejuſdem Regalis Societatis, aut aliquibus ſeptem vel pluribus eorum, officia ſua ſeparalia et reſpectiva in omnibus illa tangentibus recte bene et fideliter exequendum praeſtabunt; et quod poſt hujuſmodi ſacramenta ſic, ut praefertur, praeſtita officia ſua reſpectiva

The Preſident, Council, and Fellows, may have one Treaſurer, two Secretaries, a Clerk, and two Serjeants at Mace:

Who are all to be ſworn before the Preſident and Council, or any ſeven or more of them.

tiva exerceant et utantur; quibus quidem Praeſidi et Concilio, aut aliquibus ſeptem vel pluribus eorum, ſacramenta praedicta de tempore in tempus adminiſtrare praedictis ſeparalibus et reſpectivis officiariis et ſucceſſoribus ſuis plenam poteſtatem et authoritatem damus et concedimus per praeſentes; ET aſſignavimus nominavimus elegimus creavimus conſtituimus et fecimus, ac per praeſentes pro nobis heredibus et ſucceſſoribus noſtris aſſignamus nominamus eligimus creamus conſtituimus et facimus, dilectos ſubditos noſtros Willielmum *Balle* Armigerum fore et eſſe primum et modernum Theſaurarium; et praedictum * Johannem *Wilkins* et Henricum *Oldenburg* fore et eſſe primos et modernos Secretarios praedictae Regalis Societatis; continuandos in iſdem officiis uſque ad praedictum feſtum Sancti Andreae Apoſtoli proximum ſequens poſt datum praeſentum: Quodque de tempore in tempus et ad omnia tempora, in praedicto feſto Sancti Andrae Apoſtoli (ſi non fuerit dies Dominicus, et ſi fuerit dies Dominicus, tunc die proxime ſequenti) Praeſes Concilium et Sodales praedictae Regalis Societatis pro tempore exiſtentes, aut major pars eorundem (quorum Praeſidem pro tempore exiſtentem unum eſſe volumus) alios probos et diſcretos viros, de tempore in tempus, in Theſaurarium, Secretarios, Clericum, et Servientes ad clavas praedictae Regalis Societatis, eligere nominare et praeficere valeant et poſſint; quodque illi, qui in ſeparalia et reſpectiva officia praedicta ſic, ut praefertur, electi praefecti et jurati fuerint, officia illa reſpectiva exercere et gaudere poſſint et valeant uſque ad praedictum feſtum Sancti Andreae extunc proximum ſequens, ſacramentis ſuis praedictis ſic, ut praefertur, prius praeſtandis; et ſic toties quoties caſus ſic acciderit; et ſi con-

First Treaſurer and firſt two Secretaries appointed.

And on every St. Andrew's day yearly, (unleſs it be Sunday,) the Preſident, Council, and Fellows, or the major Part of them (of whom the Preſident to be one), are to elect others in the Offices of Treaſurer, Secretaries, Clerk, and Serjeants at Mace; who, after being ſworn, are to officiate till the next St. Andrew's day.

* *Sic in Autient.*

tigerit

tigerit aliquem vel aliquos officiariorum praedictorum ejuſdem Regalis Societatis obire, vel ab officiis ſuis reſpectivis amoveri, quod tunc et toties bene liceat et licebit Praeſidi Concilio et Sodalibus praedictae Regalis Soietatis, vel majori parti eorundem (quorum Praeſidem pro tempore exiſtentem unum eſſe volumus), alium vel alios in officium ſive officia illarum perſonarum ſic defunctarum ſive amotarum eligere et praeficere; et quod ille ſive illi ſic electus et praefectus electi et praefecti officia praedicta reſpectiva habeat et exerceat habeant et exerceant durante reſiduo ejuſdem anni, et quouſque alius ſive alii ad officia illa reſpectiva debito modo electus et juratus fuerit, electi et jurati fuerint; et ſic toties quoties caſus ſic acciderit.

And if any of them die or be amoved, the like Election to be made of others to ſupply their Places, for the Reſidue of the Year, and till others ſhall be duly elected and ſworn.

Et insvper volumus, ac de gratia noſtra ſpeciali ac ex certa ſcientia et mero motu noſtris concedimus praefatis Praeſidi Concilio et Sodalibus Regalis Societatis praedictae et ſucceſſoribus ſuis, quod Praeſes et Concilium praedictae Regalis Societatis pro tempore exiſtentes, et major pars eorundem (quorum Praeſidem pro tempore exiſtentem unum eſſe volumus) pariter congregare et aſſemblare poſſint et valeant in collegio ſive alio publico loco ſive aula intra civitatem noſtram *London*, vel in aliquo alio loco conveniente intra decem milliaria ejuſdem civitatis noſtrae; et quod ipſi ſic congregati et aſſemblati habebunt et habeant plenam authoritatem poteſtatem et facultatem de tempore in tempus condendi conſtituendi ordinandi faciendi et ſtabiliendi hujuſmodi leges ſtatuta jura ordinationes et conſtitutiones, quae eis, aut eorum majori parti, bona ſalubria utilia honeſta et neceſſaria juxta eorum ſanas diſcretiones fore videbuntur, et omnia quaecunque alia negotiis et rebus Regalis Societatis praedictae ſpectantia agendi et faciendi; quae omnia et ſingula leges ſtatuta jura ordinationes et conſtitutiones ſic ut

The Preſident and Council, and the major Part of them (of whom the Preſident to be one), may meet in a College or other public Place or Hall in London, or within ten Miles of it; and make Laws, Statutes, and Ordinances, and do all other Things relating to the Affairs of the Society.

praefertur

praefertur facienda volumus, et per praeſentes pro nobis heredibus et ſucceſſoribus noſtris firmiter injungendo praecipimus et mandamus, quod de tempore in tempus inviolabiliter obſervata fuerint, ſecundùm tenorem et effectum eorundem: Ita tamen, quod praedicta leges ſtatuta jura ordinationes et conſtitutiones ſic ut praefertur facienda, et eorum quaelibet, ſint rationabilia, et non ſint repugnantia nec contraria legibus conſuetudinibus juribus ſive ſtatutis hujus regni noſtri Angliae.

Powers is given to the Council and Fellows, to appoint one or more Printer or Printers, and one or more Engraver or Engravers; and to authorize them, by writing under the common Seal, and ſigned by the Preſident, to print ſuch Things (touching or concerning the Society) as ſhall be given them in Charge by the Preſident and Council, or any ſeven or more of them, (of whom the Preſident to be one). They muſt be firſt ſworn before the Preſident and Council, or any ſeven or more of them.

Et vlterivs de ampliori gratia noſtra ſpeciali ac ex certa ſcientia et mero motu noſtris dedimus et conceſſimus, ac per praeſentes pro nobis heredibus et ſucceſſoribus noſtris damus et concedimus praefatis Concilio et Sodalibus praedictae Regalis Societatis et ſucceſſoribus ſuis, plenam poteſtatem et authoritatem de tempore in tempus eligendi nominandi et conſtituendi unum vel plures Typographos ſive Impreſſores, et Chalcographos ſeu Sculptores; et ipſi vel ipſis per ſcriptum communi Sigillo praedictae Regalis Societatis ſigillatum, et manu Praeſidis pro tempore exiſtentis ſignatum, facultatem concedendi, ut imprimant talia res materias et negotia praedictam Societatem tangentia vel concernentia, qualia praedictis Typographo vel Impreſſori, Chalcographo vel Sculptori, vel Typographis vel Impreſſoribus, Chalcographis vel Sculptoribus, de tempore in tempus per Praeſidem et Concilium praedictae Regalis Societatis, vel aliquos ſeptem vel plures eorum (quorum Praeſidem pro tempore exiſtentem unum eſſe volumus) commiſſa fuerint; ſacramentis ſuis corporalibus, antequam ad officia ſua exercendum admittantur, coram Praeſide et Concilio pro tempore exiſtentibus, vel aliquibus ſeptem vel pluribus eorum, In forma et effectu ultime ſpecificatis, prius praeſtandis: quibus quidem Praeſidi et Concilio, vel aliquibus ſeptem vel pluribus eorum,

I ſacramenta

ſacramenta praedicta adminiſtrare plenam poteſtatem et authoritatem damus et concedimus per praeſentes.

Et vlterius, quod praedicti Praeſes Concilium et Sodales praedictae Regalis Societatis in philoſophicis ſuis ſtudiis meliorem ſortiantur effectum, de ampliori gratia noſtra ſpeciali ac ex certa ſcientia et mero motu noſtris dedimus et conceſſimus, ac per praeſentes pro nobis heredibus et ſucceſſoribus noſtris damus et concedimus, praedictis Praeſidi Concilio et Sodalibus praedictae Regalis Societatis et ſucceſſoribus ſuis, quod ipſi et ſucceſſores ſui de tempore in tempus habeant et habebunt plenam poteſtatem et authoritatem de tempore in tempus, et ad talia tempeſtiva tempora, ſecundum eorum diſcretionem, requirere capere et recipere cadavera talium perſonarum, quae mortem manu carnificis paſſae fuerunt, et ea anatomizare, in tam amplis modo et forma, et ad omnes intentiones et propoſita, prout Collegium Medicorum et Corporatio Chirurgorum civitatis noſtrae *London* eiſdem cadaveribus uſi vel gaviſi fuerunt, aut uti vel gaudere valeant et poſſint.

The ſame Right to demand, receive, and anatomize the Bodies of executed Criminals, is given to this Society, as the College of Phyſicians and the Corporation of Surgeons of London have or uſe.

Et vlterius, pro melioratione experimentorum artium et ſcientiarum praedictae Regalis Societatis, de abundantiori gratia noſtra ſpeciali ac ex certa ſcientia et mero motu noſtris dedimus et conceſſimus, ac per praeſentes pro nobis heredibus et ſucceſſoribus noſtris damus et concedimus praefatis Praeſidi Conſilio et Sodalibus praedictae Regalis Societatis et ſucceſſoribus ſuis, quod ipſi et ſucceſſores ſui de tempore in tempus habeant et habebunt plenam poteſtatem et authoritatem, per literas vel epiſtolas, ſub manu praedicti Praeſidis in praeſentia Concilii, *vel aliquorum ſeptem vel plurium eorum*, et in nomine Regalis Societatis, ac communi Sigillo ſuo praedicto ſigillatas, mutuis intelligentiis fruentur

Licence to hold a Literary Correſpondence, on Philoſophical, Mathematical, or Mechanical Subjects, with all Sorts of Foreigners; by Letters ſealed with the common Seal of the Society.

and ſigned by the Preſident in the Preſence of the Council, or any ſeven or more of them.

fruentur [1], et notitiis cum omnibus et omnimodis perſonis peregrinis et alienis, utrum privatis vel collegiatis, corporatis vel politicis, abſque aliqua moleſtatione interruptione vel inquietatione quacunque; PROVISO tamen, quod haec indulgentia noſtra ſic ut praefertur conceſſa ad ulteriorem non extendatur uſum, quam particulare beneficium et intereſſe praedictae Regalis Societatis in materiis ſeu rebus philoſophicis mathematicis aut mechanicis.

Licence to build a College or Colleges in London, or within ten Miles of London.

ET VLTERIVS dedimus et conceſſimus, ac per praeſentes pro nobis heredibus et ſucceſſoribus noſtris damus et concedimus praefatis Praeſidi Concilio et Sodalibus Regalis Societatis praedictae et ſucceſſoribus ſuis, plenam poteſtatem et authoritatem erigendi aedificandi et extruendi, aut erigi aedificari et extrui faciendi vel cauſandi, intra civitatem noſtram *London*, vel decem milliaria ejuſdem, unum vel plura Collegium vel Collegia cujuſcunque modi vel qualitatis, pro habitatione aſſemblatione et congregatione praedictorum Praeſidis Concilii et Sodalium praedictae Regalis Societatis et ſucceſſorum ſuorum, negotia ſua et alias res eandem Regalem Societatem concernentia ad ordinandum et diſponendum.

If any Abuſes or Diſſenſions ariſe, they ſhall be reformed and ſettled by the Lord Chancellor Clarendon alone, if living;

ET VLTERIVS volumus, ac per praeſentes pro nobis heredibus et ſucceſſoribus noſtris ordinamus conſtituimus et appunctuamus, quod ſi aliqui abuſus vel diſcrepantiae in poſterum orientur et accident de gubernatione aut aliis rebus vel negotiis pradictae Regalis Societatis, unde ejuſdem conſtitutioni ſtabilimini et ſtudiorum progreſſui vel rebus et negotiis aliqua inferatur injuria vel impedimentum; quod tunc et toties per praeſentes pro nobis heredibus et ſucceſſoribus noſtris authorizamus nominamus aſſignamus et conſtituimus praefatum praedilectum

[1] *Sic in* Authent.

 et

et perquam fidelem conſanguineum et conſiliarium noſtrum Edwardum Comitem *Clarendon* Cancellarium noſtrum regni noſtri Angliae, per ſeipſum durante vita ſua, et poſt ejus mortem tunc Archiepiſcopum Cantuarienſem, Cancellarium vel Cuſtodem magni Sigilli Angliae, Theſaurarium Angliae, Epiſcopum Londinenſem, Cuſtodem privati Sigilli, et duos principales Secretarios, pro tempore exiſtentes, aut aliquos quatuor vel plures eorum, eaſdem diſcrepantias et abuſus reconciliare componere et reducere.

afterwards by the Archbiſhop of Canterbury, the Lord Chancellor, or Keeper, the Lord Treaſurer, the Biſhop of London, the Lord Privy Seal, and the two Secretaries of State, for the Time being, or four or more of them.

Et vlterius volumus, ac per praeſentes pro nobis heredibus et ſucceſſoribus noſtris firmiter injungendo praecipimus et mandamus omnibus et ſingulis Inſticiariis, Majoribus, Aldermannis, Vicecomitibus, Ballivis, Conſtabulariis, et aliis officiariis miniſtris et ſubditis noſtris heredum et ſucceſſorum noſtrorum quibuſcunque, quòd de tempore in tempus ſint auxiliantes et aſſiſtentes praedictis Praeſidi Concilio et Sodalibus Regalis Societatis praedictae et ſucceſſoribus ſuis in omnibus et per omnia, ſecundum veram intentionem harum Literarum noſtrarum patentium.

General Clauſes.

Eo, quod expreſſa mentio de vero valore annuo, vel de certitudine praemiſſorum ſive eorum alicujus, aut de aliis donis ſive conceſſionibus per nos ſeu per aliquem progenitorum ſive praedeceſſorum noſtrorum, praefatis Praeſidi Concilio et Sodalibus Regalis Societatis ante haec tempora factis, in praeſentibus minime facta exiſtit, aut aliquo ſtatuto actu ordinatione proviſione proclamatione ſive reſtrictione in contrarium inde antehac habitis factis editis ordinatis ſive proviſis, aut aliqua alia re cauſa vel materia quacunque, in aliquo non obſtante.

In cuius rei teſtimonium has Literas noſtras fieri fecimus patentes. Teste Me ipſo apud Weſtmonaſterium, quinto decimo die Iulii, anno regni noſtri decimo quarto.

Per ipſum Regem.

HOWARD.

CHAR-

CHARTA SECUNDA,

Iiſdem ab eodem conceſſa, *A. D.* MDCLXIII.

CAROLVS SECVNDVS Dei gratia Angliae Scotiae Franciae et Hiberniae Rex, fidei Defenſor, etc, omnibus, ad quos hae Literae noſtrae patentes pervenerint, ſalutem.

DIV multumque apud nos ſtatuimus, ut imperii fines, ſic etiam artes atque ſcientias ipſas promovere. Favemus itaque omnibus diſciplinis: particulari autem gratia indulgemus philoſophicis ſtudiis; praeſertim iis, quae ſolidis experimentis co-

 nantur

nantur aut novam extundere philoſophiam, aut expolire veterem. Vt igitur inclareſcant apud noſtros hujuſmodi ſtudia, quae nuſquam terrarum adhuc ſatis emicuerunt; utque nos tandem univerſus literarum orbis non ſolum fidei defenſorem, ſed etiam veritatis omnimodae et cultorem ubique et patronum ſemper agnoſcat;

Incorporation and Corporate Name.

Sciatis, quod nos de gratia noſtra ſpeciali ac ex certa ſcientia et mero motu noſtris ordinavimus conſtituimus et conceſſimus, ac per praeſentes pro nobis heredibus et ſucceſſoribus noſtris ordinamus conſtituimus et concedimus, quod de caetero in perpetuum erit Societas de Praeſide Concilio et Sodalibus conſiſtens, qui vocabuntur et nuncupabuntur *Praeſes Concilium et Sodales Regalis Societatis Londini pro ſcientia naturali promovenda*; (cujus quidem Societatis nos ipſos Fundatorem et Patronum per praeſentes declaramus;) Et eandem Societatem, per nomen *Praeſidis Concilii et Sodalium Regalis Societatis Londini pro ſcientia naturali promovenda*, unum corpus corporatum et politicum in re facto et nomine realiter et ad plenum pro nobis heredibus et ſucceſſoribus noſtris facimus ordinamus creamus et conſtituimus per praeſentes, et quod per idem nomen habeant ſucceſſionem perpetuam; Et quod ipſi et eorum ſucceſſores (quorum ſtudia ad rerum naturalium artiumque utilium ſcientias experimentorum fide ulteriùs promovendas, in Dei Creatoris gloriam, et generis humani commodum, applicanda ſunt,) per idem nomen *Praeſidis Concilii et Sodalium Regalis Societatis Londini pro ſcientia naturali promovenda*, ſint et erunt perpetuis futuris temporibus perſonae habiles et in lege capaces ad habendum perquirendum percipiendum et poſſidendum terras tenementa prata paſcua paſturas libertates privilegia franchefias juriſdictiones et hereditamenta quaecunque ſibi et ſucceſſoribus ſuis

The King himſelf Founder and Patron.

Capacity to purchaſe;

ſuis in feodo et perpetuitate, vel pro termino vitae vitarum vel annorum, ſeu aliter quocunque modo, ac etiam bona et catalla ac omnes alias res cujuſcunque fuerint generis naturae ſpeciei ſive qualitatis (ſtatuto *De alienatione in manum mortuam* non obſtante;) necnon ad dandum concedendum et aſſignandum eadem terras tenementa et hereditamenta bona et catalla, et omnia facta et res neceſſarias faciendum et exequendum de et concernentia eadem, per nomen praedictum; Et quod per nomen *Praeſidis Concilii et Sodalium Regalis Societatis Londini pro ſcientia naturali promovenda* praedictum, placitare et implacitari, reſpondere et reſponderi, defendere et defendi, de caetero in perpetuum valeant et poſſint, in quibuſcunque curiis placeis et locis, et coram quibuſcunque Iudicibus et Iuſticiariis et aliis perſonis et officiariis noſtris heredum et ſucceſſorum noſtrorum, in omnibus et ſingulis actionibus, tum realibus tum perſonalibus, placitis ſectis querelis cauſis materiis rebus et demandis quibuſcunque, cujuſcunque ſint aut erunt generis naturae vel ſpeciei; eiſdem modo et forma, prout aliqui ligei noſtri intra hoc regnum noſtrum Angliae, perſonae habiles et in lege capaces, aut ut aliquod corpus corporatum vel politicum intra hoc regnum noſtrum Angliae, habere perquirere recipere poſſidere dare et concedere placitare et implacitari, reſpondere et reſponderi, defendere vel defendi, valeant et poſſint, valeat et poſſit; Et quod iidem Praeſes Conſilium et Sodales Regalis Societatis praedictae et ſucceſſores ſui habeant in perpetuum commune Sigillum, pro cauſis et negotiis ſuis et ſucceſſorum ſuorum quibuſcunque agendis deſerviturum; et quod bene liceat et licebit eiſdem Praeſidi Cocilio et Sodalibus Regalis Societatis praedictae, et ſucceſſoribus ſuis pro tempore exiſtentibus, Sigillum illud de tempore in tempus frangere mutare et de novo facere, prout eis melius fore videbitur expediri.

and to grant;

and to ſue and be ſued;

and to have a common Seal; (which they have Liberty to alter at Pleaſure.)

DAMUS

Grant of Arms, viz. Argent; in a Canton Dexter, the three Lions of England; and alſo of a Creſt, and Supporters.

Damus inſuper et concedimus per praeſentes Praeſidi Concilio et Sodalibus Regalis Societatis praedictae eorumque in perpetuum ſucceſſoribus, in favoris noſtri regii erga ipſos noſtraeque de ipſis peculiaris exiſtimationis praeſenti et futuris aetatibus teſtimonium, haec honoris inſignia ſequentia, viz. In Parmae argentae angulo dextro tres leones noſtros Anglicos; et pro Criſta galeam corona floſculis interſtincta adornatam, cui ſupereminet aquila nativi coloris, altero pede ſcutum leonibus noſtris inſignitum tenens; Telamones ſcutarios, duos canes ſagaces albos, colla coronis cinctos (prout in margine luculentius videre eſt [1]) a praedictis Praeſide Concilio et Sodalibus ipſorumque ſucceſſoribus, prout feret occaſio, in perpetuum geſtanda producenda poſſidenda.

The Council ſhall conſiſt of Twenty-one: (of whom, the Preſident or his Deputy ſhall be always one.)

Et, quod intentio noſtra regia meliorem ſortiatur effectum, ac pro bono regimine et gubernatione praedictae Regalis Societatis de tempore in tempus, volumus, ac per praeſentes pro nobis heredibus et ſucceſſoribus noſtris concedimus eiſdem Praeſidi Concilio et Sodalibus Societatis Regalis praedictae et ſucceſſoribus ſuis, quod de caetero in perpetuum Concilium praedictum erit et conſiſtet ex viginti et una perſonis (quarum Praeſidem pro tempore exiſtentem, vel ejus Deputatum, ſemper unum eſſe volumus;) Et quod omnes et ſingulae aliae perſonae, quae intra duos menſes proxime ſequentes poſt datum praeſentium, per Praeſidem et Concilium vel per aliquos undecim vel plures eorum (quorum Praeſidem pro tempore exiſtentem vel ejus Deputatum ſemper unum eſſe volumus,) vel per duas tertias partes vel plures praedictorum undecim vel plurium, et

All other Perſons who ſhall be received and admitted as Members, by the Preſident and Council, or any eleven or more of them (of whom, &c.) or by two Thirds or more of thoſe eleven or more,

[1] *Vide frontem libri.*

et in omni tempore ſequenti per Praeſidem Concilium et Sodales, ſive per aliquos viginti et unum vel plures eorum (quorum Praeſidem pro tempore exiſtentem, vel ejus Deputatum, ſemper unum eſſe volumus) ſive per duas tertias partes vel plures praedictorum viginti et unius vel plurium, in eandem Societatem accipientur et admittentur ut Membra Regalis Societatis praedictae, et in Regiſtro per ipſos conſervando annotatae fuerint, erunt vocabuntur et nuncupabuntur *Sodales Regalis Societatis* praedictae, quamdiu vixerint, niſi ob cauſam aliquam rationabilem, ſecundùm Statuta Regalis praedictae condenda, quemvis eorum amoveri contigerit: quos quanto eminentiùs omnis generis doctrinae bonarumque literarum ſtudio clareſcant, quanto ardentiùs hujuſce Societatis honorem ſtudia et emolumentum promoveri cupiant, quanto vitae integritate morumque probitate ac pietate emineant, et fidelitate animique erga nos coronam et dignitatem noſtram ſincero affectu polleant, eo magis idoneos et dignos, qui in Sodalium ejuſdem Societatis numerum adſcicantur, omnino cenſeri volumus.

within two Months; and at all Times *after* thoſe two Months, by the Preſident, Council, and *Fellows*, or by any Twenty-one or more of them (of whom the Preſident or his Deputy to be one,) or by *two third* Parts or more of the ſaid Twenty-one or more; and ſhall be regiſtered; ſhall be called *Fellows* of the ſaid Royal Society, for Life, unleſs regularly amoved.

ET, pro meliori executione voluntatis et conceſſionis noſtrae in hac parte, ASSIGNAVIMUS nominavimus conſtituimus et fecimus, ac per praeſentes pro nobis heredibus et ſucceſſoribus noſtris aſſignamus nominamus conſtituimus et facimus, praedilectum et fidelem nobis Willielmum Vicecomitem *Brouncker*, Cancellarium praechariſſimae conſortis noſtrae Reginae Catharinae, eſſe primum et modernum Praeſidem Regalis Societatis praedictae; volentes quod praedictus Willielmus Vicecomes *Brouncker* in officio Praeſidis Regalis Societatis praedictae, à datu praeſentium uſque ad feſtum Sancti Andreae proximùm ſequentem

William Lord Viſcount Brouncker, named to be the firſt Preſident; to continue ſo till the next St. Andrew's Day, and till another (out of the Council) ſhould be

chosen and ſworn.

tem[1] poſt datum praeſentium, continuabit, et quouſque unus alius de Concilio Regalis Societatis praedictae pro tempore exiſtente ad officium illud debito modo electus praefectus et juratus fuerit, juxta ordinationem et proviſionem in his praeſentibus inferius expreſſam et declaratam, (ſi praedictus Willielmus Vicecomes *Brouncker* tam diu vixerit;) ſacramento corporali, in omnibus et per omnia officium illud tangentia, benè et fideliter exequendum, ſecundum veram intentionem harum praeſentium, coram praedilecto et perquam fideli conſanguineo et conſiliario noſtro Edwardo Comite *Clarendon* Cancellario noſtro Angliae priùs praeſtito, (cui quidem Edwardo Comiti *Clarendon* Cancellario noſtro praedicto ſacramentum praedictum adminiſtrare plenam poteſtatem et authoritatem damus et concedimus,) in haec verba ſequentia, viz. I WILLIAM VISCOUNT BROUNCKER *doe promiſe to deale faithfully and honeſtly in all things belonging to the truſt committed to me, as Preſident of the Royall Society of London for improving naturall knowledge, dureing my employment in that capacity; So help me God!*

He himſelf to be firſt ſworn in before the Lord Chancellor.

The Preſident's Oath.

The firſt Council named.

ASSIGNAVIMUS etiam conſtituimus et fecimus, ac per praeſentes pro nobis heredibus et ſucceſſoribus noſtris facimus, dilectos nobis et fideles Robertum *Moray* Militem unum a ſecretoribus noſtris conciliis in regno noſtro Scotiae; Robertum *Boyle* Armigerum, Willielmum *Brereton* Armigerum filium primogenitum Baronis de *Brereton*, Kenelmum *Digby* Militem praechariſſimae matri noſtrae Mariae Reginae Cancellarium, [2] Gilbertum *Talbot* Militem jocalium noſtrorum Theſaurarium, Paulum *Neile* Militem unum Oſtiariorum camerae privatae noſtrae,

[1] *Sic in* Authent. *et aliquoties infra.*

[2] Sir *Gilbert Talbot* and Mr. *Hill* were not in the firſt Charter: They ſupply the Vacancies of Dr. *Wallis* and Dr. *Wren*.

Henricum

Henricum *Slingeſby* Armigerum unum Generoſorum praedictae privatae camerae noſtrae, Willielmum *Petty* Militem, Timotheum *Clarke* in medicinis Doctorem et unum Medicorum noſtrorum, Iohannem *Wilkins* in theologia Doctorem, Georgium *Ent* in medicinis Doctorem, Willielmum *Aerſkine* unum a poculis noſtris, Ionathan. *Goddard* in medicinis Doctorem et Profeſſorem Collegii de *Greſham*, Willielmum *Balle* Armigerum, Matthaeum *Wren* Armigerum, Iohannem *Evelyn* Armigerum, Thomam *Henſhaw* Armigerum, *Dudly Palmer* de *Greys Inn* in comitatu noſtro Middleſexiae Armigerum, [1] Abrahamum *Hill* de *London* Armigerum, et *Henricum Oldenburg* Armigerum, unà cum Praeſide praedicto, fore et eſſe primos et modernos viginti et unum de Concilio et Sodalibus Regalis Societatis praedictae; continuandos in officiis Concilii praedicti à datu praeſentium uſque ad praedictum feſtum Sancti Andreae Apoſtoli proximum ſequentem, et deinde, quouſque aliae idoneae perſonae et habiles et ſufficientes in officia praedicta electae praefectae et juratae fuerint (ſi tam diu vixerint, aut pro aliqua juſta et rationabili cauſa non amotae [2] fuerint;) ſacramentis corporalibus coram Praeſide pro tempore exiſtente praedictae Regalis Societatis, ad officia ſua bene et fideliter in omnibus et per omnia officia illa tangentia exequendum, priùs praeſtandis, ſecundum formam et effectum praedicti ſacramenti, mutatis mutandis, Praeſidi Regalis Societatis praedictae per Cancellarium noſtrum Angliae adminiſtrandi; (cui quidem Praeſidi pro tempore exiſtenti ſacramenta praedicta adminiſtrare perſonis praedictis, et aliis quibuſcunque in poſterum de tempore in tempus in Concilium praedictum eligendis, plenam poteſtatem et authoritatem pro nobis heredibus et ſucceſſoribus noſtris damus et concedimus per praeſentes;) Et quod eaedem perſonae ſic, ut praefertur, ad Con-

To continue till next St. Andrew's Day, and till others ſhall be elected and ſworn, unleſs amoved for juſt Cauſe; having firſt taken, before the Preſident, the like Oath as he took, mutatis mutandis.

[1] *Sic in* Authent.   [2] *Sic in* Authent.

cilium praedictae Regalis Societatis electae praefectae et juratae, et in poſterum eligendae praeficiendae et jurandae de tempore in tempus, erunt et exiſtent auxiliantes conſulentes et aſſiſtentes in omnibus materiis rebus et negotiis meliores [1] regulationem gubernationem et directionem praedictae Regalis Societatis, et cujuſlibet Membri ejuſdem, tangentibus ſeu concernentibus.

The Preſident, Council and Fellows, or any nine or more of them (of whom, &c,) may hold Aſſemblies at any Time or Place in London, or within ten Miles of it.

Concedimus etiam Praeſidi Concilio et Sodalibus Societatis praedictae et eorum in perpetuum ſucceſſoribus, quod ipſi et ſucceſſores eorum, ſeu aliqui novem vel plures eorum (quorum Praeſidem pro tempore exiſtentem, vel ejus Deputatum, ſemper unum eſſe volumus) conventus ſeu congregationes de ſeipſis pro experimentorum et rerum naturalium cognitione et indagine aliiſque negotiis ad Societatem praedictam ſpectantibus, quoties et quando opus fuerit, licite facere et habere poſſint in collegio ſive aula ſive alio loco commodo intra civitatem noſtram Londini, vel in aliquo alio loco commodo intra decem milliaria ab eadem civitate noſtra.

The Preſident, Council and Fellows, or any thirty-one or more of them (of whom the Preſident or his Deputy to be one) or the major Part of ſuch thirty-one or more, may, upon every St. Andrew's Day annually, elect one of the Council to be their Preſident; who ſhall continue ſo, (if not dead or amoved,) till

Et vlterivs volumus, ac per praeſentes pro nobis heredibus et ſucceſſoribus noſtris concedimus praefatis Praeſidi Concilio et Sodalibus Regalis Societatis praedictae et ſucceſſoribus ſuis, quod Praeſes Concilium et Sodales Regalis Societatis praedictae pro tempore exiſtentes, ſive aliqui triginta et unus vel plures eorum (quorum Praeſidem pro tempore exiſtentem, vel ejus Deputatum, unum eſſe volumus) ſeu major pars praedictorum triginta et unius vel plurium, de tempore in tempus perpetuis futuris temporibus poteſtatem et authoritatem habeant et habebunt nominandi et eligendi, et quod eligere et nominare poſſint et valeant, quolibet anno in praedicto feſto Sancti

[1] *Sic in* Authent.

Andreae

Andreae, unum de Concilio praedictae Regalis Societatis pro tempore exiſtente, qui ſit et erit Praeſes Regalis Societatis praedictae uſque ad feſtum Sancti Andreae Apoſtoli exinde proximum ſequentem (ſi tam diu vixerit, aut interim pro aliqua juſta et rationabili cauſa non amotus fuerit,) et exinde quouſque unus alius in officium Praeſidis Regalis Societatis praedictae electus praefectus et nominatus fuerit; quodque ille poſtquam ſic ut praefertur electus et nominatus fuerit in officium Praeſidis Regalis Societatis praedictae, antequam ad officium illud admittatur ſacramentum corporale coram Concilio ejuſdem Regalis Societatis, aut aliquibus ſeptem vel pluribus eorum, ad officium illud recte bene et fideliter in omnibus officium illud tangentibus exequendum praeſtabit, ſecundùm formam et effectum praedicti ſacramenti, mutatis mutandis; (cui quidem Concilio, aut aliquibus ſeptem vel pluribus eorum, ſacramentum praedictum adminiſtrare, pro nobis heredibus et ſucceſſoribus noſtris, plenam poteſtatem et authoritatem de tempore in tempus, quotieſcunque Praeſidem eligere opus fuerit, damus et concedimus per praeſentes;) et quod poſt hujuſmodi ſacramentum ſic ut praefertur praeſtitum, officium Praeſidis Regalis Societatis praedictae uſque ad feſtum Sancti Andreae Apoſtoli exinde proximum ſequentem exequi valeat et poſſit: Et ſi contigerit Praeſidem Regalis Societatis praedictae pro tempore exiſtentem aliquo tempore, quamdiu fuerit in officio Praeſidis ejuſdem Regalis Societatis, obire, decedere, vel ab officio ſuo amoveri; quod tunc et toties bene liceat et licebit Concilio Regalis Societatis praedictae eorumque in perpetuum ſucceſſoribus, ſive aliquibus undecim vel pluribus eorum, convenire vel congregari ad eligendum unum de praedicto numero Concilii praedicti in Praeſidem Regalis Societatis praedictae; et quod ille, qui per Concilium

the next St. Andrew's Day, and till another ſhall be elected; having firſt been ſworn in before the Council, or any ſeven or more of them.

On the Death or amotion of a Preſident, or if he quits, the Council or any eleven or more of them may meet to chooſe a Preſident out of the Council: and the Perſon choſen by them, or the major Part of them, being ſworn, ſhall hold during

the Reſidue of the Year, and until another ſhall be elected and ſworn.

lium praedictum, vel per praedictos undecim vel plures, vel per majorem partem praedictorum undecim et plurium, electus fuerit et juratus, ut praefertur, officium illud habeat et exerceat durante reſiduo ejuſdem anni, et quouſque alius ad officium illud debito modo electus et juratus fuerit, ſacramento corporali in forma ſupra ſpecificata prius praeſtando; et ſic toties quoties caſus ſic acciderit.

On the death, amotion, or quitting of any of the Council, (who are hereby made amoveable by the Preſident and Council for ſufficient Cauſe,) the Preſident, Council, and Fellows, or any twenty-one or more of them (of whom, &c,) or the major Part of ſuch twenty-one or more, may ſupply the Vacancy from amongſt the Fellows: And the Perſon or Perſons elected ſhall hold, (being firſt ſworn,) till the next St. Andrew's Day, and until another or others ſhall be elected.

Et vlterivs volumus, quod quandocunque contigerit aliquem vel aliquos de Concilio Regalis Societatis praedictae pro tempore exiſtente mori, vel ab officio illo amoveri, vel decedere; quos quidem de Concilio Regalis Societatis praedictae et eorum quemlibet pro male ſe gerendis aut aliqua alia rationabili cauſa amobiles eſſe volumus, ad beneplacitum Praeſidis et caeterorum de Concilio praedicto (quorum Praeſidem pro tempore exiſtentem, vel ejus Deputatum, unum eſſe volumus) vel majoris partis eorundem; quod tunc et toties bene liceat et licebit praefatis Praeſidi Concilio et Sodalibus Regalis Societatis praedictae eorumque in perpetuum ſucceſſoribus, vel aliquibus viginti uni vel pluribus eorundem (quorum Praeſidem Regalis Societatis praedictae pro tempore exiſtentem, vel ejus Deputatum, unum eſſe volumus) vel majori parti praedictorum viginti et unius vel plurium, unum alium vel plures alios de Sodalibus Regalis Societatis praedictae, loco ſive locis ipſius vel ipſorum ſic mortuorum decedentium vel amotorum, ad ſupplendum praedictum numerum viginti et unius perſonarum de Concilio Regalis Societatis praedictae nominare eligere et praeficere; et quod ille ſive illi ſic in officio illo electi et praefecti idem officium habeat et habeant uſque ad feſtum Sancti Andreae Apoſtoli tunc proximum ſequentem, et exinde quouſque unus alius vel plures alii electus praefectus et nominatus fuerit, electi prae-

2 fecti

fecti et nominati fuerint; ſacramento corporali ad officium illud in omnibus et per omnia officium illud tangentia, coram Praeſide et Concilio Regalis Societatis praedictae, vel aliquibus ſeptem vel pluribus eorum (quorum Praeſidem pro tempore exiſtentem, vel ejus Deputatum, ſemper unum eſſe volumus,) bene et fideliter exequendum, ſecundùm veram intentionem praeſentium, prius praeſtando.

On St. Andrew's Day, *Ten* of the Council (but no more) are to be changed by the Preſident, Council, and Fellows, or any thirty-one or more of them (of whom the Preſident or his Deputy always to be one,) or the major Part of ſuch thirty-one or more.

ET VLTERIVS volumus, ac per praeſentes pro nobis heredibus et ſucceſſoribus noſtris concedimus praefatis Praeſidi Concilio et Sodalibus praedictae Regalis Societatis et ſucceſſoribus ſuis, quod ipſi et ſucceſſores ſui, ſive aliqui triginta et unus vel plures eorum (quorum Praeſidem pro tempore exiſtentem, vel ejus Deputatum, ſemper unum eſſe volumus) ſive major pars praedictorum triginta et unius vel plurium quolibet anno, in praedicto feſto Sancti Andreae Apoſtoli, plenam poteſtatem et authoritatem habeant et habebunt eligendi nominandi praeficiendi et mutandi decem de Sodalibus Regalis Societatis praedictae, ad ſupplendum loca et officia decem praedicti numeri viginti et unius de Concilio Regalis Societatis praedictae; quoniam regiam voluntatem noſtram eſſe declaramus, ac per praeſentes pro nobis heredibus et ſucceſſoribus noſtris concedimus, quod decem de Concilio praedicto, et non amplius, per Praeſidem Concilium et Sodales Regalis Societatis praedictae annuatim mutati et amoti fuerint.

The Preſident may appoint *One* out of the Council to be his Deputy;

VOLVMVS etiam, et pro nobis heredibus et ſucceſſoribus noſtris concedimus praefatis Praeſidi Concilio et Sodalibus praedictae Regalis Societatis, et ſucceſſoribus ſuis in perpetuum, quod ſi contigerit Praeſidem ejuſdem Regalis Societatis pro tempore exiſtentem aegritudine vel infirmitate detineri, vel in ſervitio

noſtro

noſtro heredum vel ſucceſſorum noſtrorum verſari, vel aliter eſſe occupatum, ita quod neceſſariis negotiis ejuſdem Regalis Societatis officium Praeſidis tangentibus attendere non poterit, quod tunc et toties bene liceat et licebit eidem Praeſidi ſic detento verſato vel occupato, *unum* de Concilio Praedictae Regalis Societatis pro tempore exiſtente, fore et eſſe *Deputatum* ejuſdem Praeſidis, nominare et appunctuare; qui quidem Deputatus, in officio Deputati Praeſidis praedicti ſic faciendus et conſtituendus, ſit et erit Deputatus ejuſdem Praeſidis, de tempore in tempus, toties quoties praedictus Praeſes ſic abeſſe contigerit, durante toto tempore, quo praedictus Praeſes in officio Praeſidis continuaverit; *niſi* interim praedictus Praeſes Regalis Societatis praedictae pro tempore exiſtens unum alium de praedicto Concilio ejus Deputatum fecerit et conſtituerit; Et quod quilibet hujuſmodi Deputatus praedicti Praeſidis, ſic ut praefertur faciendus et conſtituendus, omnia et ſingula, quae ad officium Praeſidis praedictae Regalis Societatis pertinent ſeu pertinere debent, vel per praedictum Praeſidem virtute harum Literarum noſtrarum patentium limitata et appunctuata fore [1] facienda et exequenda, de tempore in tempus, toties quoties praedictus Praeſes ſic abeſſe contigerit, durante tali tempore, quo Deputatus praedicti Praeſidis continuaverit, facere et exequi valeat et poſſit, vigore harum Literarum noſtrarum patentium, adeo plene libere et integre, ac in tam amplis modo et forma, prout Praeſes praedictus, ſi praeſens eſſet, illa facere et exequi valeret et poſſet; ſacramento corporali ſupra ſancta Dei Evangelia in forma et effectu ſupra ſpecificatis per hujuſmodi Deputatum, ad omnia et ſingula, quae ad officium Praeſidis pertinent bene et fideliter exequendum, coram praefato Concilio praedictae Rega-

Who may act as ſuch in his Abſence, unleſs the Preſident makes ſome other Deputy out of the Council.

The Deputy may, in the Abſence of the Preſident, do all Acts that he himſelf could do if preſent.

But he muſt firſt be ſworn before the Council, or ſeven or more of them.

[1] *Sic in* Authent.

lis

lis Societatis, vel aliquibus [1] ſeptem vel pluribus eorum, prius praeſtando; et ſic toties quoties caſus ſic acciderit; cui quidem Concilio, vel aliquibus ſeptem vel pluribus eorum pro tempore exiſtente [2], ſacramentum praedictum adminiſtrare poteſtatem et authoritatem, quoties caſus ſic acciderit, damus et concedimus per praeſentes, abſque brevi commiſſione ſive ulteriori warranto in ea parte a nobis heredibus vel ſucceſſoribus noſtris procurando ſeu obtinendo.

The Society may have a Treaſurer, two Secretaries, two or more Curators of Experiments, one Clerk or more, and two Serjeants at Mace to attend upon the Preſident. All theſe are to be choſen and named by the Preſident, Council, and Fellows, or any Thirty-one or more of them, (of whom the Preſident or his Deputy to be one,) or by the major Part of ſuch Thirty-one or more: And they muſt be ſworn before the Preſident or his Deputy, and the Council, or any ſeven or more of them.

Et vlterivs volumus, ac per praeſentes pro nobis heredibus et ſucceſſoribus noſtris concedimus praefatis Praeſidi Concilio et Sodalibus Regalis Societatis praedictae et ſucceſſoribus ſuis, quod ipſi et ſucceſſores ſui de caetero in perpetuum habeant et habebunt unum Theſaurarium, duos Secretarios, Curatores experimentorum duos vel plures, Clericum unum vel plures, et praeterea duos Servientes ad clavas qui de tempore in tempus ſuper Praeſidem attendant; quodque praedicti Theſaurarius Secretarii Curatores Clericus vel Clerici et Servientes ad clavas, per Praeſidem Concilium et Sodales Regalis Societatis praedictae, ſive per aliquos triginta et unum vel plures eorum (quorum praeſidem pro tempore exiſtentem, vel ejus Deputatum, unum eſſe volumus) vel per majorem partem praedictorum triginta et unius vel plurium, eligendi et nominandi, antequam ad officia ſua ſpecialia et reſpectiva exequendum admittantur, ſacramenta ſua corporalia in forma et effectu ſupra ſpecificatis, coram Praeſide vel ejus Deputato, et Concilio ejuſdem Regalis Societatis, aut aliquibus ſeptem vel pluribus eorum, officia ſua ſeparalia et reſpectiva in omnibus illa tangentibus

[1] N. B. This Number of *ſeven* is *not* leſſened by the third Charter as to the two *new* Oaths there enjoined: But as to this *Oath* of *Office*, *five* are made ſufficient.

[2] *Sic in* Authent.

tibus recte bene et fideliter exequendum praeſtabunt; et quod poſt hujuſmodi ſacramenta ſic ut praefertur praeſtita, officia ſua reſpectiva exerceant et utantur; quibus quidem Praeſidi et Concilio, aut aliquibus ſeptem vel pluribus eorum, ſacramenta praedicta de tempore in tempus adminiſtrare praedictis ſeparalibus et reſpectivis officiariis et ſucceſſoribus ſuis plenam poteſtatem et authoritatem damus et concedimus per praeſentes.

The firſt Treaſurer named; and alſo the two firſt Secretaries.

Et aſſignavimus nominavimus elegimus creavimus conſtituimus et fecimus, ac per praeſentes pro nobis heredibus et ſucceſſoribus noſtris aſſignamus nominamus eligimus creamus conſtituimus et facimus dilectos ſubditos noſtros praedictum Willielmum *Balle* Armigerum fore et eſſe primum et modernum Theſaurarium, et praedictum [1] Iohannem *Wilkins* et Henricum *Oldenburg* fore et eſſe primos et modernos Secretarios praedictae Regalis Societatis, continuandos in eiſdem officiis uſque ad praedictum feſtum Sancti Andrae Apoſtoli proximum ſequentem poſt datum praeſentium:

On every St. Andrew's Day, (unleſs it be Sunday, and then on the next Day,) the Preſident, Council, and Fellows, or any Thirty-one or more of them (of whom, &c,), or the major Part of ſuch Thirty-one or more, may elect proper Perſons, out of the Council, to be Treaſurer and Secretaries; who, after being ſworn, are to hold their Offices till the following St. Andrew'sDay.

Quodque de tempore in tempus et ad omnia tempora, in praedicto feſto Sancti Andreae Apoſtoli (ſi non fuerit dies Dominicus, et ſi fuerit dies Dominicus, tunc die proximo ſequente) Praeſes Concilium et Sodales praedictae Regalis Societatis pro tempore exiſtentes, ſive aliqui triginta et unus vel plures eorum (quorum Praeſidem pro tempore exiſtentem, vel ejus Deputatum, unum eſſe volumus) ſive major pars praedictorum triginta et unius vel plurium, probos et diſcretos viros de tempore in tempus in Theſaurarium et Secretarios, qui ſunt et erunt de numero Concilii Regalis Societatis praedictae, eligere nominare et praeficere valeant et poſſint; quodque illi qui in ſeparalia et reſpectiva officia praedicta ſic ut praefertur electi praefecti et jurati fuerint, officia illa reſpec-

[1] *Sic in* Authent.

tiva

tiva exercere et gaudere poſſint et valeant uſque ad praedictum feſtum Sancti Andreae extunc proximum ſequentem, ſacramentis ſuis praedictis ſic ut praefertur priùs praeſtandis; et ſic toties quoties caſus ſic acciderit. Et ſi contigerit electiones praedictas Praeſidis .Concilii, Theſaurarii, Secretariorum, vel alicujus vel aliquorum eorum, in feſto Sancti Andreae praedicto commode fieri vel perfici non poſſe, damus et concedimus praedictis Praeſidi Concilio et Sodalibus, et ſucceſſoribus eorum in perpetuum, quod ipſi, vel aliqui triginta et unus vel plures eorum (quorum Praeſidem pro tempore exiſtentem, vel ejus Deputatum, unum eſſe volumus) vel major pars praedictorum triginta et unius vel plurium, licite poſſint nominare et aſſignare unum alium diem, quam proxime ad feſtum Sancti Andreae praedictum commode fieri poterit, pro electionibus praedictis faciendis vel perficiendis; et ſic de die in diem, donec praedictae electiones perficiantur. Et ſi contigerit aliquem vel aliquos officiariorum praedictorum ejuſdem Regalis Societatis obire, decedere, vel ab officiis ſuis reſpectivis amoveri, quod tunc et toties bene liceat et licebit Praeſidi Concilio et Sodalibus praedictae Regalis Societatis, et eorum ſucceſſoribus in perpetuum, ſive aliquibus viginti et uni vel pluribus eorum (quorum Praeſidem pro tempore exiſtentem, vel ejus Deputatum, unum eſſe volumus) ſeu majori parti praedictorum viginti et unius vel plurium, alium vel alios in officium ſive officia illarum perſonarum ſic defunctarum decedentium ſive amotarum eligere et praeficere; et quod ille ſive illi ſic electus et praefectus electi et praefecti officia praedicta reſpectiva habeant et exerceant durante reſiduo ejuſdem anni, et quouſque alius ſive alii ad officia illa reſpectiva debito modo electus et juratus fuerit, electi et jurati fuerint; et ſic toties quoties caſus ſic acciderit.

If the Elections of Preſident, Council, Treaſurer, and Secretaries, or any of them, can't conveniently be made or finiſhed upon St. Andrew's Day, the Preſident, Council, and Fellows, or any Thirty one, or more of them, (of whom, &c,) or the major Part of ſuch Thirty-one, or more, may appoint one or more other Day or Days, till they ſhall be finiſhed.

If any of the ſaid Officers die, quit, or be amoved, the Preſident, Council, and Fellows, or any Twenty-one, or more of them (of whom the Preſident or his Deputy to be one,) or the major Part of ſuch Twenty-one, or more, may elect others for the Reſidue of the Year, and till new ones ſhall be elected and ſworn.

The Preſident and Council, (*every* Member of the Council being always duly ſummoned to extraordinary Meetings,) or any Nine or more of them, (of whom the Preſident or his Deputy to be one) may meet, in London, or within ten Miles of London; and they, or the major Part of them, may make Laws, Statutes, and Ordinances, and tranſact all Matters relating to the Management of the Society and its Affairs; and all their Acts ſhall be valid: But their Statutes muſt be reaſonable, and not contrary to Law.

Et insuper volumus, ac de gratia noſtra ſpeciali ac ex certa ſcientia et mero motu noſtris concedimus praefatis Praeſidi Concilio et Sodalibus Regalis Societatis praedictae, et ſucceſſoribus ſuis in perpetuum, quod Praeſes et Concilium praedictae Regalis Societatis pro tempore exiſtentes (praemiſſâ ſemper in conventibus extraordinariis omnium Membrorum Concilii praedicti debita ſeu legitima ſummonitione vel citatione) ſive aliqui novem vel plures eorum (quorum Praeſidem pro tempore exiſtentem, vel ejus Deputatum, unum eſſe volumus) pariter congregare et aſſemblare poſſint et valeant in collegio ſive aula ſive alio loco conveniente intra civitatem noſtram Londini, vel in aliquo alio loco conveniente intra decem milliaria ab eadem civitate noſtra; et quod ipſi ſic congregati et aſſemblati, ſive major pars eorum, habebunt et habeant plenam authoritatem poteſtatem et facultatem de tempore in tempus condendi conſtituendi ordinandi faciendi et ſtabiliendi hujuſmodi leges ſtatuta jura ordinationes et conſtitutiones, quae eis aut eorum majori parti bona ſalubria utilia honeſta et neceſſaria juxta eorum ſanas diſcretiones fore videbuntur, pro meliori gubernatione regulatione et directione Regalis Societatis praedictae et cujuſlibet Membri ejuſdem, omniaque ad gubernationem res bona facultates redditus terras tenementa hereditamenta et negotia Regalis Societatis praedictae ſpectantia agendi et faciendi; quae omnia et ſingula leges ſtatuta jura ordinationes et conſtitutiones ſic ut praefertur facienda volumus, et per praeſentes pro nobis heredibus et ſucceſſoribus noſtris firmiter injungendo praecipimus et mandamus, quod de tempore in tempus inviolabiliter obſervata fuerint, ſecundum tenorem et effectum eorundem: Ita tamen, quod praedictae leges ſtatuta jura ordinationes et conſtitutiones ſic ut praefertur facienda, et eorum quaelibet, ſint rationabilia, et non ſint repugnantia nec

contraria legibus conſuetudinibus juribus ſive ſtatutis hujus regni noſtri Angliae.

Et vlterivs de ampliori gratia noſtra ſpeciali ac ex certa ſcientia et mero motu noſtris dedimus et conceſſimus, ac per praeſentes pro nobis heredibus et ſucceſſoribus noſtris damus et concedimus, praefatis Praeſidi [1] *Concilio et Sodalibus* praedictae Regalis Societatis, et ſucceſſoribus ſuis in perpetuum, *ſive aliquibus viginti et uni vel pluribus eorum* (quorum Praeſidem pro tempore exiſtentem, vel ejus Deputatum, ſemper unum eſſe volumus) *ſeu majori parti praedictorum viginti et unius vel plurium*, plenam poteſtatem et authoritatem de tempore in tempus eligendi nominandi et conſtituendi unum vel plures Typographos ſive Impreſſores, et Chalcographos ſeu Sculptores, et ipſi vel ipſis per ſcriptum communi Sigillo praedictae Regalis Societatis ſigillatum, et manu Praeſidis pro tempore exiſtentis ſignatum, facultatem concedendi, ut imprimant tales res materias et negotia praedictam Regalem Societatem tangentia vel concernentia, quales praedicto Typographo vel Impreſſori, Chalcographo ſeu Sculptori, vel Typographis vel Impreſſoribus, Chalcographis vel Sculptoribus, de tempore in tempus per Praeſidem et Concilium Praedictae Regalis Societatis, vel aliquos ſeptem vel plures eorum (quorum Praeſidem pro tempore exiſtentem, vel ejus Deputatum, unum eſſe volumus) vel per majorem partem praedictorum ſeptem vel plurium, commiſſae fuerint; ſacramentis ſuis corporalibus, antequam ad officia ſua exercenda admittantur, coram Praeſide et Concilio pro tempore exiſtente, vel aliquibus ſeptem vel pluribus eorum, in forma et effectu ultimis [2] ſpecificatis, prius praeſtandis; quibus quidem Praeſidi et Concilio, vel aliquibus ſeptem vel pluribus eorum,

The Preſident, Council, and Fellows, or any twenty-one or more of them, (of whom the Preſident, or his Deputy to be always one.) or the major Part of ſuch twenty-one or more, may appoint one Printer or more, and one Engraver or more, and authorize them, by writing under the common Seal, and ſigned by the Preſident, to print ſuch Things (touching or concerning the Royal Society) as ſhall be given them in Charge by the Preſident and Council, or any 7 or more of them (of whom the Preſident or his Deputy to be one,) or the major Part of ſuch ſeven or more. They muſt be firſt ſworn before the Preſident and Council, or ſeven or more of them.

[1] V. poſt, p. 52.   [2] *Sic in* Authent.

ſacramenta praedicta adminiſtrare plenam poteſtatem et authoritatem damus et concedimus per praeſentes.

The Preſident, Council, and Fellows, or any nine or more of them (of whom, &c,) or the major Part of ſuch nine or more, ſhall have the ſame Right to demand and receive (by their Aſſignee or Aſſignees) the Bodies of executed Criminals, and to anatomize them, as the College of Phyſicians and the Company of Surgeons of London uſe or enjoy.

Et vlterivs; quod praedicti Praeſes Concilium et Sodales praedictae Regalis Societatis in philoſophicis ſuis ſtudiis meliorem ſortiantur effectum, de ampliori gratia noſtra ſpeciali ac ex certa ſcientia et mero motu noſtris dedimus et conceſſimus, ac per praeſentes pro nobis heredibus et ſucceſſoribus noſtris damus et concedimus praedictis Praeſidi Concilio et Sodalibus praedictae Regalis Societatis et ſucceſſoribus ſuis in perpetuum, quod ipſi et ſucceſſores ſui, ſive aliqui novem vel plures eorum (quorum Praeſidem pro tempore exiſtentem, vel ejus Deputatum, unum eſſe volumus) ſive major pars praedictorum novem vel plurium, de tempore in tempus, habeant et habebunt plenam poteſtatem et authoritatem de tempore in tempus, et ad talia tempeſtiva tempora, ſecundum eorum diſcretionem, per aſſignatum vel aſſignatos ſuos requirere capere et recipere cadavera talium perſonarum, quae mortem manu carnificis paſſae fuerunt, et ea anatomizare, in tam amplis modo et forma, et ad omnes intentiones et propoſita, prout Praeſidens Collegii Medicorum et Societatis Chirurgorum civitatis noſtrae *London* (quibuſcunque nominibus duae praedictae corporationes inſignitae fuerint) eiſdem cadaveribus uſi vel gaviſi fuerunt, aut uti vel gaudere valeant et poſſint.

Licence is given to them or any nine (as laſt above) or the major Part of them, to hold a Correſpondence, on Philoſophical,

Et vlterivs, pro melioratione experimentorum artium et ſcientiarum praedictae Regalis Societatis, de abundantiori gratia noſtra ſpeciali ac ex certa ſcientia et mero motu noſtris dedimus et conceſſimus, ac per praeſentes pro nobis heredibus et ſucceſſoribus noſtris damus et concedimus praefatis Praeſidi Concilio et Sodalibus praedictae Regalis Societatis et ſucceſſoribus ſuis in

in perpetuum, quod ipſi et ſucceſſores ſui, ſive aliqui novem vel plures eorum (quorum Praeſidem pro tempore exiſtentem, vel ejus Deputatum, unum eſſe volumus) ſive major pars praedictorum novem vel plurium, de tempore in tempus habeant et habebunt plenam poteſtatem et authoritatem per literas vel epiſtolas, ſub manu praedicti Praeſidis vel ejus Deputati, in praeſentia Concilii vel aliquorum ſeptem vel plurium eorum, et in nomine Regalis Societatis, mutuis intelligentiis fruentur [1] et [2] negotiis cum omnibus et omnimodis peregrinis et alienis, utrum privatis vel collegiatis, corporatis vel politicis, abſque aliqua moleſtatione interruptione vel inquietate [3] quacunque: PROVISO tamen, quod haec indulgentia noſtra ſic, ut praefertur, conceſſa ad ulteriorem non extendatur uſum, quam particulare beneficium et intereſſe praedictae Regalis Societatis in materiis ſeu rebus philoſophicis mathematicis aut mechanicis.

Mathematical, or Mechanical Subjects, with all Sorts of Foreigners, by Letters ſigned by the Preſident or his Deputy, in the Preſence of the Council, or any Seven or more of them, and in the Name of the Society.

ET VLTERIVS dedimus et conceſſimus, ac per praeſentes pro nobis heredibus et ſucceſſoribus noſtris damus et concedimus, praefatis Praeſidi Concilio et Sodalibus Regalis Societatis praedictae et ſucceſſoribus ſuis in perpetuum, ſive Praeſidi et Concilio Regalis Societatis praedictae vel majori parti eorum, plenam poteſtatem et authoritatem erigendi aedificandi et extruendi, aut erigi aedificari et extrui faciendi vel cauſandi, intra civitatem noſtram Londini, vel decem milliaria ab eadem, unum vel plura collegium vel collegia cujuſcunque modi et qualitatis, pro habitatione aſſemblatione et congregatione praedictorum Praeſidis Concilii et Sodalium praedictae Regalis Societatis et ſucceſſorum ſuorum, ad negotia ſua et alias res ean-

Licence given to the Preſident, Council, and Fellows, or to the Preſident and Council, or the major Part of them, to build a College or Colleges in London, or within ten Miles of it.

[1] *Sic in* Authent.
[2] In the firſt Charter, it is "*notitiis*": v. ante, p. 16.
[3] *Sic in* Authent.

dem

dem Regalem Societatem concernentes ordinandum et diſponendum.

If any Abuſes ſhall happen, or Diſſenſions ariſe, they ſhall be reformed and ſettled by the Earl of Clarendon (Lord Chancellor) alone, if living; and after his Death, by the Archbiſhop of Canterbury, the Chancellor or Keeper of the Great Seal, the Treaſurer, Privy Seal, Biſhop of London, and two principal Secretaries, for the Time being, or any four or more of them.

ET VLTERIVS volumus, ac per praeſentes pro nobis heredibus et ſucceſſoribus noſtris ordinamus conſtituimus et appunctuamus, quod ſi aliqui abuſus vel diſcrepantiae in poſterum orientur et accident de gubernatione aut aliis rebus vel negotiis praedictae Regalis Societatis, unde ejuſdem conſtitutioni ſtabilimini et ſtudiorum progreſſui vel rebus et negotiis aliqua inferatur injuria vel impedimentum; quod tunc et toties per praeſentes pro nobis heredibus et ſucceſſoribus noſtris authorizamus nominamus aſſignamus et conſtituimus praefatum praedilectum et perquam fidelem conſanguineum et conſiliarium noſtrum Edwardum Comitem de *Clarendon* Cancellarium noſtrum regni noſtri Angliae, per ſeipſum durante vita ſua, et poſt ejus mortem, tunc Archiepiſcopum Cantuarienſem, Cancellarium vel Cuſtodem magni Sigilli Angliae, Theſaurarium Angliae, Cuſtodem privati Sigilli, Epiſcopum Londinenſem, et duos principales Secretarios pro tempore exiſtentes, aut aliquos quatuor vel plures eorum, eaſdem diſcrepantias et abuſus reconciliare componere et reducere.

General Clauſes.

ET VLTERIVS volumus, ac per praeſentes pro nobis heredibus et ſucceſſoribus noſtris firmiter injungendo praecipimus et mandamus omnibus et ſingulis Iuſtitiariis, Majoribus, Aldermannis, Vicecomitibus, Ballivis, Conſtabulariis, et aliis officiariis miniſtris et ſubditis noſtris heredum et ſucceſſorum noſtrorum quibuſcunque, quod de tempore in tempus ſint auxiliantes et aſſiſtentes praedictis Praeſidi Concilio et Sodalibus Regalis Societatis praedictae, eorumque in perpetuum ſucceſſoribus, in omnibus et per omnia, ſecundum veram intentionem harum Literarum noſtrarum patentium.

Eo,

Eo, quod expreſſa mentio de vero valore annuo, vel de certitudine praemiſſorum ſive eorum alicujus, aut de aliis donis ſive conceſſionibus per nos ſeu per aliquem progenitorum ſive praedeceſſorum noſtrorum praefatis Praeſidi Concilio et Sodalibus Regalis Societatis praedictae ante haec tempora factis, in praeſentibus minime facta exiſtit, aut aliquo ſtatuto actu ordinatione proviſione proclamatione ſive reſtrictione in contrarium inde antehac habitis factis editis ordinatis ſive proviſis, aut aliqua alia re cauſa vel materia quacunque, in aliquo non obſtante.

In cuius rei teſtimonium has Lieteras noſtras fieri fecimus patentes. Teste Me ipſo apud Weſtmonaſterium, viceſimo ſecundo die Aprilis, anno regni noſtri decimo quinto.

Per breve de privato ſigillo.

HOWARD.

CHAR-

CHARTA TERTIA,

Iiſdem ab eodem conceſſa, *A. D.*

MDCLXIX.

CAROLVS SECVNDVS Dei gratia Angliae Scotiae Franciae et Hiberniae Rex, fidei Defenſor, etc, omnibus ad quos hae Literae noſtrae patentes pervenerint, ſalutem.

SCIATIS, quod nos de gratia noſtra ſpeciali ac ex certa ſcientia et mero motu noſtris dedimus et conceſſimus, ac per praſentes pro nobis heredibus et ſucceſſoribus noſtris damus et concedimus dilectis et fidelibus noſtris *Praeſidi Concilio et Sodalibus Regalis Societatis Londini pro ſcientia naturali promovenda,* et

et ſucceſſoribus ſuis in perpetuum, totam illam peciam terrae arabilis vocatam *Teamſhott*, continentem per aeſtimationem viginti acras, jacentem inter viam noſtram ducentem a Weſtmonaſterio verſus *Chelſey*, ex parte boreali et occidentali, et peciam prati continentem per aeſtimationem quatuor acras, parcellam octodecim acrarum prati nuper in tenura Comitis Nottinghamienſis vel aſſignatorum ſuorum, ex parte auſtrali, ac clauſum prati vocatum *Stone-bridge Cloſe* ex parte orientali, et peciam terrae arabilis nuper in occupatione Thomae *Evans* vel aſſignatorum ſuorum, ex parte occidentali; per particularia inde mentionata eſſe annualis redditus, ſive valoris, viginti trium ſolidorum et quatuor denariorum; Nec non totum illum praedictum clauſum prati vocatum *Stony Bridge Cloſe*, continentem per aeſtimationem quatuor acras, nuper in occupatione Iohannis *Deakes* vel aſſignatorum ſuorum, jacentem inter rivum vocatum *Le Common Sewer* ex parte orientali, et praedictam peciam terrae vocatam *Teamſhott* ex parte occidentali, et pontem vocatum *Stony Bridge* ex parte boreali; per particularia inde mentionata eſſe annualis redditus, ſive valoris, viginti ſolidorum; Nec non totam illam unam peciam terrae arabilis in communi campo vocato *Eaſt-Field*, continentem per aeſtimationem tres acras, nuper in occupatione Thomae *Frances* vel aſſignatorum ſuorum, jacentem inter praedictam peciam terrae vocatam *Teamſhott* ex parte orientali, peciam terrae arabilis nuper in tenura Comitis Lincolnienſis vel aſſignatorum ſuorum, ex parte occidentali, parcellam prati de *Earles-Court Land*, ex parte auſtrali, et viam noſtram ducentem a Weſtmonaſterio verſus *Chelſey* praedictam, ex parte boreali et occidentali; per particularia inde mentionata eſſe annualis redditus ſive valoris quatuor ſolidorum; (quae quidem praemiſſa ſunt aut olim fuerunt parcella terrae noſtrae in *Chelſey*, exiſtentis

Grant of Lands in Chelſey.

parcellae terrae Dominicalis Manerii de *Chelſey* praedicta, ac nuper fuerunt parcella poſſeſſionum Iohannis nuper Ducis Northumbriae; et quae nuper per praechariſſimum avum noſtrum beatae memoriae Iacobum Regem, per Literas ſuas patentes, gerentes datum apud Weſtmonaſterium octavo die Maii anno regni ſui Angliae octavo et Scotiae quadrageſimo tertio, conceſſa fuerunt aut mentionata eſſe conceſſa Praepoſito et Sociis Collegii Regis Iacobi in *Chelſey* prope *London* ex fundatione ejuſdem Iacobi Regis Angliae, et ſucceſſoribus ſuis in perpetuum; tenendum de praefato Iacobo Rege, ut de manerio ſuo de *Eaſt Greenwich* in comitatu Cantiae, per fidelitatem tantum, in libero et communi ſoccagio, et non in capite, nec per ſervitium militare;) Ac etiam omnia et ſingula domus aedificia ſtructuras boſcos ſubboſcos arbores, ac totam terram fundum et ſolum eorundem boſcorum ſubboſcorum et arborum, ac omnia alia jura juriſdictiones francheſias privilegia libertates proficua commoditates advantagia emolumenta et hereditamenta noſtra quaecunque, cum eorum pertinentiis univerſis, cujuſcunque ſint generis naturae ſeu ſpeciei, ſeu quibuſcunque nominibus ſciantur cenſeantur nuncupentur ſeu cognoſcantur, ſituata jacentia et exiſtentia provenientia creſcentia renovantia ſive emergentia infra comitatum villas campos loca ſive hamletas praedicta, vel alibi ubicunque, praedictis terris et caeteris praemiſſis vel alicui inde parcellae quoquo modo ſpectantia; Necnon reverſionem et reverſiones omnium et ſingulorum praemiſſorum ſuperius per praeſentes praeconceſſorum, et cujuſlibet inde parcellae, dependentes vel expectantes de in vel ſuper aliquam dimiſſionem vel conceſſionem pro termino vel terminis vitae vel vitarum vel annorum, aut aliter de praemiſſis ſuperius per praeſentes praeconceſſis ſeu de aliqua inde parcella quoquo modo factam, exiſtentem de recordo vel

non de recordo; Necnon omnia et ſingula redditus et annualia proficua quaecunque reſervata ſuper quibuſcunque dimiſſionibus vel conceſſionibus de et ſuper praemiſſa per praeſentes praeconceſſa, vel de et ſuper aliquam inde parcellam.

Dedimus etiam et conceſſimus, ac per praeſentes pro nobis heredibus et ſucceſſoribus noſtris damus et concedimus, praefatis Praeſidi Concilio et Sodalibus Regalis Societatis Londini pro ſcientia naturali promovenda, et ſucceſſoribus ſuis in perpetuum, quod ipſi et eorum ſucceſſores de caetero in perpetuum habeant teneant et gaudeant, ac habere tenere et gaudere valeant et poſſint, infra praemiſſa ſuperius per praeſentes praeconceſſa, ac infra quamlibet inde parcellam, tot tanta talia eadem hujuſmodi et conſimilia jura juriſdictiones libertates francheſias conſuetudines privilegia proficua commoditates advantagia emolumenta et hereditamenta quaecunque, quot quanta qualia et quae, ac adeo plene libere et integre, ac in tam amplis modo et forma, prout praedictus Iohannes nuper Dux Northumbriae, aut praedictus Praepoſitus et Socii Collegii Regis Iacobi in *Chelſey* prope *London* ex fundatione ejuſdem Iacobi Regis Angliae, aut aliquis alius ſive aliqui alii, praedicta terras tenementa et caetera praemiſſa cum ſuis pertinentiis, aut aliquam inde parcellam, unquam antehac habentes poſſidentes aut ſeiſiti inde exiſtentes, habens poſſidens aut ſeiſitus inde exiſtens, unquam habuerunt tenuerunt uſi vel gaviſi fuerunt, habuit tenuit uſus vel gaviſus fuit, ſeu habere tenere uti vel gaudere debuerunt aut debuit, in praemiſſis ſuperius per praeſentes praeconceſſis, aut aliqua inde parcella, ratione vel praetextu alicujus chartae doni conceſſionis vel confirmationis per nos ſeu aliquem progenitorum vel anteceſſorum noſtrorum nuper Regum vel Reginarum Angliae antehac habitorum fac-

torum vel conceſſorum ſeu confirmatorum, aut ratione vel praetextu alicujus actus Parliamenti vel aliquorum actuum Parliamentorum, aut ratione vel praetextu alicujus legitimae praeſcriptionis uſus ſeu conſuetudinis antehac habitorum ſeu uſitatorum, aut aliter quocunque legali modo jure ſeu titulo; ac adeo plene libere et integre, ac in tam amplis modo et forma, prout nos aut aliquis progenitorum vel anteceſſorum noſtrorum nuper Regum vel Reginarum Angliae praedicta terras tenementa et caetera praemiſſa, aut aliquam inde parcellam, habuimus et gaviſi fuimus aut habuerunt et gaviſi fuerunt, ſeu habere et gaudere debuimus aut habere et gaudere debuerunt aut debuit.

Damus ulterius, ac per praeſentes pro nobis heredibus et ſucceſſoribus noſtris concedimus, praefatis Praeſidi Concilio et Sodalibus Regalis Societatis Londini pro ſcientia naturali promovenda, et eorum ſucceſſoribus, omnia et ſingula praemiſſa ſuperius per praeſentes praeconceſſa, cum eorum pertinentiis univerſis, adeo plene libere et integre, ac in tam amplis modo et forma, prout ea omnia et ſingula praemiſſa, aut aliqua inde parcella, ad manus noſtras, ſeu ad manus aliquorum progenitorum vel anteceſſorum noſtrorum nuper Regum vel Reginarum Angliae, ratione vel praetextu diſſolutionis vel furſum redditionis alicujus nuper monaſterii prioratus ſive hoſpitalis, aut ratione vel praetextu alicujus actus Parliamenti vel aliquorum actuum Parliamentorum, aut ratione alicujus attincturae ſive foriſfacturae, aut ratione alicujus excambii vel perquiſiti, aut alicujus doni vel conceſſionis, aut ratione eſchaetae, aut quocunque alio legali modo jure ſeu titulo devenerunt ſeu devenire debuerunt, ac in manibus noſtris jam exiſtunt ſeu exiſtere debent vel debuerunt: habendum tenendum et gaudendum praedicta terras tenementa et hereditamenta, ac caetera omnia

*Tenure.

et

